

P. Wiestner d. tit. num. 184. Rationem afferunt: quia, ubi excommunicatio specialiter à Legge non reservatur, censetur ipsius absolutio inferioribus à Summo Pontifice concessa. cap. nuper 29. §. in secundo de Sententia excommunicationis. Atquin præfenti excommunicatio non videtur specialiter lege reservata. Ergo &c.

- 117 Affirmativam sectantur Barbosa d. l. n. 167. Pignatell. d. 10. 2. consult. §. 9. n. 13. & potior DD. pars. Rationem desumunt tum ex Extravag. c. 3. de Penitent. & Remission. inter commun. ubi offensa libertatis Ecclesiasticæ numeratur 118 inter casus Papales; tum ex Bulla Gregorii XIV. §. 8. ubi renovantur omnes constitutio-

nes, contra violatores Immunitatis Ecclesiasticæ promulgatæ, inter quas est etiam Bulla Cœnæ, & excommunicationem in violatores Immunitatis Ecclesiasticæ Sedi Apostolicæ reservans: tum ex constitutionibus Clementis VIII. & Pauli V. quas adducit Reiffenstuel d. t. n. 227.

Posterior sententia, licet illius rationes congruam solutionem patiantur, dicitur esse decisa sæpius à S. Congregatione, uti videtur apud cit. Pignatell. qui etiam in num. 17. scriptum reliquit, quòd, si Sedes Apostolica deleget abolitionem ab hac excommunicatione, non deleget alteri, quam Episcopo, allegatà rursus eam in rem Cardinalium declaratione.

SECTIO II.

De Immunitate Personali.

SUMMARI A.

121. Describitur Immunitas Personalis. 122. Est prerogativa. 123. Qua Persona Ecclesiastica. 124. & seqq. Non item earum familiares per se loquendo. 127. & seqq. A communi Laicorum subiectione. 129. Onere & obligatione eximuntur. 130. & seqq. Pluribus argumentis probatur, hanc exemptionem ex Jure Divino promanare. 138. & seqq. Ad diversa argumenta contraria diversimodè respondetur. 167. & seqq. Quorundam sententia & rationes, quòd Immunitas ista non potuisset ab Ecclesia statui. Ita h. et seq. nec. vide. in h. et seq. h. et seq. §. 7. tot. tract. &c.

171. & seqq. Assertio & rationes opposita. 183. & seqq. Rationes adversa refutantur. 191. Barclaii opinio de subiectione Clericorum. 192. & seqq. Ostenditur, Clericos etiam à Principibus Sæcularibus fuisse exemptos. 197. Argumentum Barclaii refertur. 198. & seqq. Convellitur. 200. & seqq. Censura operis Barclaii de Potestate Papa. 202. & seqq. Immunitas à Principibus Laicis admi vel restringi nequit. 204. & seqq. Objecta ponitur & rejiciuntur. 209. Casus necessitatis facit Immunitatem cessare.

§. I. de onere & obligatione

Quid sit Immunitas Personalis?

- 121 Immunitas Personalis est prerogativa, quæ Personæ Ecclesiasticæ à communi Laicorum subiectione, onere, & obligatione eximuntur. Ranbeck in Panoplia Disp. 2. cap. 1. n. 1.
- 122 Dixi I. est prerogativa. Num etiam privilegium, gratia, vel favor nominari debeat? Non disquiro: cum in effectu nihil intersit, quòd nomine compelleret Immunitas, si modò Clericis hoc indulgeatur, quod per significationem nominis exprimitur.
- 123 Dixi II. quæ persona Ecclesiastica. Quòd vocabulò denotantur omnes, quotquot ex numero Laicorum ad Divinum servitium auctoritate Ecclesiastica transferunt, cujuscuque sint sexus, ordinis, status, & dignitatis arg. cap. nullus 2. de Foro competentis. Authentica item nulla. Authent. statimus Cod. de Episc. & Cleric. Ranbeck in Panoplia d. disp. 2. cap. 1. per tot.
- 124 An autem, qui de familia vel servitio personarum Ecclesiasticarum numerantur, simili gaudeant Immunitate? Incertum; sed tamen principis nostris in Lib. II. tract. 1. cap. 3. n. 201. & seqq. in regula verius est, quòd non argumentò deductò ex cap. sane 9. & cap. penult. de Privilegiis in 6. ubi decernitur, privilegium exemptionis, vel alterius generis, Religiosos concessum, ad ipsorum domesticos aut familiares non extendi. Panormit. Felinus & DD. alii ad cit. cap. nullus 2. de Foro com-

petenti. Exceptionem communiter receptam tradit Ranbeck cit. l. n. 11. quando personæ Ecclesiasticæ nequeunt suà uti Immunitate, quin etiam per consequentiam eadem Immunitas suffragetur familiaribus & domesticis. Subjungit idem Author in num. 14. 126 quosdam Judices & apparatus nonnullam quam nimis audeas & temerarios existere, dum in ipsas etiam domos parochiales irruunt, & famulos aut famulas Parochorum ob excessum admissum violenter extrahunt: cum tamen hoc libertati Ecclesiasticæ directè videatur repugnare, & Bullæ Cœnæ adversari.

Dixi III. à communi Laicorum subiectione. Ita 127 subiectione Laicorum principaliter oritur ex potestate Legislativa seu Judicativa Sæculari, adeò ut tam Leges, à Principibus Sæcularibus latas directè servare, quam mandatis, iudiciis, ac sententiis Magistratuum Sæcularium se subicere teneantur. Sed personæ Ecclesiasticæ neque Leges, neque mandata, iudicia, vel sententias, Principum & Judicum Sæcularium (directè saltem) observare obligantur, prout in cit. Lib. II. cap. 3. sect. 6. per tot. & in Lib. I. tract. 1. cap. 5. n. 81. probatum est; sicque à communi Laicorum subiectione pronuntiantur immunes.

Dixi IV. onere & obligatione eximuntur. Cu- 129 jusmodi onera & obligationes sunt plurimæ, v. g.

v. g. munera tutela, curatela, angaria, & perangaria, hoc est, operæ personales, viatica, & telonia personalia, capitationes, vulgò Frondienfi / Schwarwerk / Kobalten / Zoll und Mauth-Gelder / Kopf-oder Leibs-Steuer & quæcunque demum exactiones, quæ per-

sonis quæ talibus imponuntur; à quibus omnibus personæ Ecclesiasticæ sunt libere cap. non minus 4. cap. adversus 7. de Immunitate cap. quia 1. eodem in 6. l. omnis 2. in princ. §. 2. & 3. Authentica item nulla Cod. de Episcopis & Clericis.

§. II. de onere & obligatione

Possunt Immunitas Personalis originaliter ex Jure Divino deduci?

130 Longum & fastidiosum esset, multifaria D. D. placita in præfenti quæstione examinare, Sententiam, inter Canonistas continuà quasi traditione receptam, & doctam ab Abbate in cap. sollicita 6. de M. & O. num. 4. Felino ib. n. 1. Hostiensis in cap. si quis 2. eod. tit. Baldo ib. n. 50. Barbosa ff. V. E. U. lib. 1. cap. 34. §. 2. n. 5. Tamburino de Jure Abb. tom. 1. disp. 15. q. 19. Everhardo conf. 19. n. 13. & conf. 42. n. 25. & seqq. Fagnano in cap. Ecclesia 10. de Constit. n. 10. & seqq. Ranbeck in panoplia cit. disp. 2. cap. 2. à n. 16. Engel ad rit. de Immunit. à num. 23. quòd nempe Immunitas Personalis in thesi & quoad substantiam originem ducit ex Jure Divino, validis argumentis stabilire, & confirmare lubet. Quem in-

131 finem I. sic arguo. Immunitas Ecclesiastica Personalis in Antiquo Testamento traxit originem ex Jure Divino, ut plerique fatentur, nec obscure desumitur ex cap. 47. y. 22. Genesis & cap. ult. y. 28. Leviticis. Ergo etiam in Testamento Novo: partim quia Personæ Ecclesiasticæ Novi Testamenti non minus fuerunt à DEO dilectæ vel æstimatæ, quam Levitæ & Sacerdotes Veteris Testamenti: partim quia servitium, quod exhibent nostri Clerici, est infinitè nobilius servitio Clericorum Veteris Testamenti: partim quia Clerici moderni solent assumi per sacram ordinationem, quæ characterem imprimat, eosque per aliquod signum intrinsecum efficit speciales DEI Ministrum, Rectores populi Christiani, & Pastores ovium Christi; & propterea supra Laicos elevat.

132 Nec procedit, si opponatur, exemptionem Levitarum & Sacerdotum Veteris Testamenti, per Legem Cæramoniam vel Judicalem solummodo constitutam, non habere vim in Testamento Novo. Nam, supposita assumptione Clericorum in speciales DEI Ministros, Rectores, & Pastores animarum, non tantum Lex Cæramonialis aut Judicialis, sed etiam Naturalis & Moralis dicitur, absurdum esse, ut Potestati Laicali subdantur, qui Laicorum Rectores, Pastores, & Ministri DEI sunt.

133 Neque enim reverentia & obedientia, quam Laici propter hos titulos debent Clericis, tam accuratè servari possent, si Clerici Laicis in temporalibus essent subiecti: sæpius quoque Potestas Ecclesiastica foret inanis & vacua, licet in scelus vindictam armata, si Potestas Sæcularis gladium temporalem arripere, & in Ecclesiasticos, velut subditos, quasi læsæ Majestatis aut violatæ Potestatis Sæcularis reos se fecissent, infingere vellet.

P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

Dices: filium, in Regem vel Principem evectum, teneri ad reverentiam, patri exhibendam; & nihilominus eidem imperare posse: adeòque etiam Regem, vel Principem Sæcularem, non obstante obligatione reverentia, Clericis in temporalibus imperare posse.

Resp. filium, in Regem vel Principem evectum, teneri quidem ad reverentiam, (suo patri exhibendam, attamen ad obedientiam, nec non subiectione, propter solutam patriam potestatem, exemptum esse: ideòque permitti quidem posse, quòd Clerici, sicut parentibus, sic etiam Magistratibus, & Principibus Sæcularibus, præsertim quibus ante Clericatum paruerunt, teneantur exhibere reverentiam; sed tamen ab obedientia & subiectione sint absoluti, maximè cum sint alterius & superioris ordinis, quam Laici quicunque.

II. pro assertione nostra sic arguo: qui sunt altioris ordinis, & conditionis longè sublimioris, non debent illis obtemperare, qui sunt inferioris ordinis, & minoris conditionis. Atqui Personæ Ecclesiasticæ sunt altioris ordinis, & longè sublimioris conditionis, quam ipsi Principes & Reges Sæculares: sunt enim destinati ad curanda sacra, exercenda spiritualia, & promovenda Divina; cum contra Principes & Reges sint destinati ad gerenda ac regenda temporalia, terrena, ac mundana: adeòque quanta inter Divina & humana, cælestia & terrena, sacra & profana est differentia, tanta est inter Personas Ecclesiasticas & Sæculares quascunq; per textum opportunum in hac sollicita 6. de M. & O. Ergo absurdum & absolum est, ut Personæ Ecclesiasticæ Sæcularibus subdantur.

Pro eadem assertione III. sic arguo: causæ res sacre, nec non spirituales, à Laicorum subiectione jure Divinò sunt immunes: eò quod sacrarum & spiritualium rerum ac causarum cura & dispensatio in Persona D. Petri & Apostolorum Personis Ecclesiasticis noscatur commissa; velut ipsæ Sæculares, saltem Orthodoxi, ultrò teneantur fateri. Ergo etiam Personæ Ecclesiasticæ: nec enim minus sacra vel spirituales sunt Personæ, quam res & causæ; nec minus inconveniens est, judicare vel punire Clericum, quàm calicem aut patenam attingere; nec minus indecens, in Sacerdotem, velut principalem altaris Ministrum, fringere gladium, quam vasa altaris comminuerè & confringere. Certè timendum est, ne, sicut Ozias 2. Paralipome-

O O O

HOI

non cap. 26. lepra percussus est, quod manum ad sacrum ministerium extendere præsumpserit; sic alii eadem vel alia poena Divinitus castigantur, qui sacrorum Ministros apprehendere, suæque potestati subicere conantur. De his namque verificatur illæ S. paginarum paræmia: *noite tangere Christos meos.* Psalm. 104. v. 15. *qui tergerit vos, tangit pupillum oculi mei Zacharia 2. §. 9.*

Inter adversarios nostræ sententiæ vix non primus est Barclaius in suo *tract. de Potestate Papa;* cujus argumenta, hinc inde dispersa, in ordinem colligere lubet. Itaque ex eodem Authore

133 Objicies I. Petrus & omnes Apostoli, quin & ipsemet Christus Dominus, fuerunt subiecti Magistratibus Sæcularibus. Ergo Immunitas Personalis non censetur Divinitus esse introducta. Antecedens ostendes I. antiquam Petrus & Apostoli fuerint assumpti in discipulos, subservierunt Potestati temporali. Ergo etiam post assumptionem: quia Christus non voluit solvere Legem, sed adimplere.

139 II. Apostolus ad Romanos 13, verbis universalibus constituitur: *omnis anima Potestatibus altioribus subdita sit: qui potestati resistit, DEO resistit: Fundex non sine causa gladium portat: DEI enim minister est &c.* Similia habentur in I. Epistola S. Petri cap. 2.

140 Idem Apostolus Paulus Actorum 25. fatetur, se à Cæsare judicari debuisse in verbis: *ad tribunal Cæsaris*

141 *isto, ibi me oportet judicari.* IV. Christus Joann. 19. respondit Pilato: *non haberes Potestatem adversus me nullam, nisi tibi datum esset de super.*

142 Resp. ad hoc & similia argumenta, jam in Lib. I. tr. 5. cap. 2. à n. 107. & à n. 184. proposita, & cum Bellarmino in refutat. cit. tractatus Barclaiani refutata, negandò antecedens, cujus contrarium relucet ex illo Mathæi 27. ubi Christus se & Petrum liberos à tributo pronuntiavit, siquæ à subjectione Sæculari, cujus tributum est signum, immunes

143 judicavit. Et licet aliqui hunc locum de solo Christo & Petro Petrique successoribus S. Pontificibus, non autem de cæteris Apostolis, eorumque successoribus accipiant; attamen non satisfaciunt: quia Christus sine limitatione vel restrictione *filios*, hoc est, homines in speciale formæ & hereditatem filiorum DEI, seu statum Ecclesiasticum assumptos, à tributo absolvit. Quando

144 verò in verbis sequentibus Incarnata Veritas subjunxit: *ut non scandalizemus eos, da eis pro me & te;* nec se, nec Petrum, nec alios Apostolos & successores agnovit tributarios, sed scandali declinandi gratiâ solvi tributum iussit: quia tunc temporis nec Apostolorum, nec ipsius Salvatoris dignitas, præminentia, & immunitas, non tantum ab Ethnicis, sed etiam Judæis tam clarè cognoscebatur. Certè neque Divinitas Christi tunc erat agnita; nec tamen ex eo quis inferre possit, cultum Latriæ, Christo tunc à paucis exhibitum, non fuisse debitum.

Ad I. antecedentis probationem Resp. sicut Clerici cæteri, ante susceptum Clericatum, Dominio temporali sunt subiecti, sic etiam Apostolos, ante susceptum Apostolatuum Judicio Sæculari fuisse subiectos: at, sicut Clerici cum assumptione Clericatus mutant personam, forum, & subjectionem; sic etiam & principaliter Apostolos unam Apostolatu personam, forum, & subjectionem mutasse. Neque per hoc soluta, sed potius adimpleta est Lex Divina, quæ non tantum Sacerdotium antiquum anteposuit Magistratui Sæculari, ac Sacerdotis imperio noluerunt obedire, sine discrimine mortis proclamaverunt Deutronomii cap. 17. sed etiam Sacerdotium novum I. Petri 2. vocavit *regale*, ac Sacerdotibus regimen Ecclesiarum & omnium Christianorum (adeoque etiam Principum & Regum) Mathæi 16. & 18. Joann. 21. & Actorum 20. commisit. Unde nullum hinc præjudicium infertur Principibus, & Dominis Laicis, utpote qui nullam Jurisdictionem habent in Personas, quæ transierunt ad aliud regnum, forum, & territorium. Apostoli autem & reliquæ Personæ Ecclesiasticæ, quando relinquunt seculum, transierunt ad aliud regnum, forum, & territorium, videlicet Ecclesiasticum; eoque sensu potest exaudiri illud dictum Christi, alias objici solitum: *regnum meum non est de hoc mundo.* Ad II. 148

148 probationem Resp. omnem animam sublimioribus potestatibus esse subiectam in suo ordine & sphaera, nempe Sæculares Sæcularibus, & Ecclesiasticas Personæ Ecclesiasticis subesse. Certè Apostolus non voluit, ut Reges subsint alteri Potestati: quia in suo regno superiore non agnoscunt. Sed etiam Personæ Ecclesiasticæ non recognoscunt aliquem superiorem in terris, quam S. Pontificem: cum ad supremam dignitatem in terris sint elevatæ. Ergo &c. Ad III. 149

149 probationem Resp. Paulum Apostolum eodem titulo ad Judicium Cæsaris pertractum fuisse, quò Christus Dominus, & post ipsum tomilla S. Martyrum, raptus est ad tribunal Pilati aliorumque Judicum. Facilius autem in judicium Cæsaris Paulus tunc consentit, quam alterius Judicis inferioris: quia justitiæ & innocentie suæ confidens potius à Cæsare quam alio Judice sententiam impartialem expectavit. Ad IV. probationem Resp. Christum agnovisse super se Potestatem in Pilato de facto tantum, non de jure; talem scilicet, qualem etiam in mundo & inferno agnovit, dum dixit: *nunc iudicium est mundi: nunc filius hominis ejicitur: hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Lucæ 22.

Objicies II. In Testamento Veteri Sacerdotes, sicut in criminibus atrocioribus, non fuerunt exempti à potestate gladii temporalis. Ergo neque in Testamento Novo sunt exempti. Antecedens probabis tum ex lib. 3. Regum cap. 2. ubi Rex Salomon Abiadar Sacerdotem ob conspirationem, quam unam Adonia contra Salomonem moverat, non

tantum à Sacerdotio deposuit, sed etiam mortis reum proclamavit; tum ex I. Regum. cap. 22. ubi Rex Saul Abimelech Sacerdotem unam cum 57. aliis Sacerdotibus interfecit; tum ex eodem lib. cap. 8. ubi per os Samuelis Propheta: *regum ad omnem populum, & per consequens etiam ad Sacerdotes fuit extensum.*

152 Resp. negandò antecedens. Ad I. textum Resp. dupliciter: I. ex Scriptura non constare, num Salomon Sacerdotem Abiadar jure vel injuriâ deposuerit, ac morti ad judicaverit: utpote cum Pater ipse David multos quidem in ultimo suo alloquio trucidandos voluerit, nihil tamen de Sacerdote Abiadar meminisset; nec alias Salomon in omnibus & per omnia justè processerit. II. Resp. occisionem Sacerdotis, si justa fuisse supponatur, non jure Jurisdictionis, sed potius jure belli & defensionis factam: quandoquidem Adonias contra Salomonem incurrerit, ac illius dejectionem à throno regio quaesivit.

153 Ad II. textum responso patet ex ipsa sacra historia, quæ refert, quòd Saul ex nulla alia causa Abimelech, & reliquos Sacerdotes interfecit curaverit, nisi quòd Davidem receperit, eidem cibum & gladium contra Goliath porrexerit; cum tamen hæc opera pietatis, & charitatis non morte fed præmiò digna habeantur: David quoque de cætero neutiquam in Saulem rebellis, sed devotissimus existerit: ut proinde occiso Sacerdotum injusta fuerit, nullòque titulo justificari poterit.

154 Ad III. textum Resp. Jus regum ibidem neutiquam approbatur, sed narrari tantum despoticum, & insolitum gubernandi modum, deinceps per Reges, quos populus contra Divinum providentiam expetebat, assumendum. Cæterum, si daremus, Sacerdotium Antiquæ Legis gladio Regio fuisse subditum; attamen rectissime negare: ut talis subiectio in Sacerdotio Novæ Legis: quippe cum hodierni Sacerdotes sint conditionis multum eminentioris, ac per susceptionem S. Ordinationis, nec non impressionem characteris Sacramentalis verè efficiantur personæ sacræ, quas offendere vel læcescere minis licebit, quam vasa sacra & inanimata contingere.

155 Ad III. textum Resp. Jus regum ibidem neutiquam approbatur, sed narrari tantum despoticum, & insolitum gubernandi modum, deinceps per Reges, quos populus contra Divinum providentiam expetebat, assumendum. Cæterum, si daremus, Sacerdotium Antiquæ Legis gladio Regio fuisse subditum; attamen rectissime negare: ut talis subiectio in Sacerdotio Novæ Legis: quippe cum hodierni Sacerdotes sint conditionis multum eminentioris, ac per susceptionem S. Ordinationis, nec non impressionem characteris Sacramentalis verè efficiantur personæ sacræ, quas offendere vel læcescere minis licebit, quam vasa sacra & inanimata contingere.

157 Objicies III. *Sacri Patres, cateraque sincerissimi Divini Juris interpretes, latè clarè subjectionem Clericorum respectu Potestatis Sæcularis agnoscunt.* S. Augustinus in expositione Epistolæ ad Rom. *cum constemus, inquit, ex anima & corpore, quàm diu in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsistendum degenda hæc vita utimur: hinc oportet nos ex ea parte, quæ ad hanc vitam pertinet, subditos esse Potestatibus, id est hominibus, res humanas cum aliquo honore admi-*

nistrantibus. S. Chrysoströmus homilia 23. 158 in dictam epistolam, ad verba: *omnis anima sublimioribus &c. ostendit Apostolus, ait, quòd ista imperentur omnibus, & Sacerdotibus & Monachis, non solum Sæcularibus.* S. Bernardus in epistola 159 la 42. ad Archi Episcopum Zenonensem scribit: *omnis anima Potestatibus sublimioribus se subdita: si omnis; & vestra: quis veoscepit ab universitate? si quis tentat excipere, conatur decipere.*

Resp. SS. Patres, si sincerè explicentur, non esse Clericorum exemptioni contrarios non esse. D. Augustinus loquitur quidem in numero plurali, & unà cum populo seipsum temporali Potestati fatetur obnoxium; sed modus loquendi est tam huic quam aliis SS. Patribus familiaris, locutionem nomine populi facere, suamque personam conjungere, sicut quando populum, & se ipsos malefactores, & gravissimos peccatores appellant. D. Chrysoströmus 161

161 stromus indicat, nec Sacerdotes, nec Monachos ab altiori Potestate liberos, sed cuidam Superiori, in propria tamen, & Ecclesiastica Republica subiectos esse. Hunc ipsum in modum exponendus est D. Bernardus, ut neminem à subjectione alius Superioris dicat exemptum, sed quemlibet in sua Republica constitutis Superioribus subiectat.

Objicies IV. est contra Jus Naturæ, & Divinum præceptum, Principi adimere Potestatem in Clericis: si enim Clerici subditos Principum Sæcularium gravare, lædere, vel opprimere præsumant, præcipit Jus Naturæ, ut subditi defendantur à Principibus, & Clerici delinquentes coercantur. Ergo Clericorum exemptio neque Naturali, neque Divino Juri conformis est.

Resp. cum distinctione, & nego, quòd Jus Naturale, & Divinum præcipiat, ut delinquens non-subditus à Principe non suo puniatur, & sic Clericus à Principe Laico coercatur: sicut enim Princeps non-suus in non-subditum caret Jurisdictione; sic etiam caret Potestate coercitiva.

Dices: posse contingere, ut, si subditus Sæcularis adversus Clericum Justitiam imploret in foro Ecclesiastico, non audiatur, aut sententiam iniquam ferat; adeoque melius esse, si ad forum Sæculare recurratur.

Resp. posse etiam contingere, ut Clericus adversus Laicum Justitiam imploret in foro Sæculari, quin tamen audiatur, aut sententiam justam reportet; adeoque melius esse, si recurratur ad forum Ecclesiasticum. Sicut itaque posterior consequentia, si etiam prior negatur: cum neque Ecclesiastico, neque Sæculari Judici liceat negare, aut invertere Justitiam; ac, si fiat, gravis injustitia committatur.



§. III. v. nos. 7. p. 1. 2. 3.

Utrum Immunitas Personalis, si Jure Divino non fuisset introducta, auctoritate Ecclesiastica fuerit introducta; & utrum bene?

- 167 **N**egant aliqui, sed pauci, qui doctrinam Barclai in cit. tract. de Potest. Papa cap. 32. libentius quam doctrinam Evangelii, Summorum Pontificum, aut SS. Patrum audiunt & imitantur; jactantes, Immunitatem Personalem esse merum privilegium & prerogativum Principum Sæcularium. Discurrunt illi sic. I. Summus Pontifex non potest concedere talem Immunitatem, quæ juri tertii quæsito præjudicat. Sed Immunitas Personalis juri Principum Sæcularium quæsito præjudicat. Ergo &c. II. in primitiva Ecclesia usque ad tempora Constantini Magni Personalis Immunitas erat proflus incognita; sed Clerici, non minus ac Laici, Imperatoribus Ethnicis parere debebant, usque dum piensissimus hic Imperator Clericos à Potestate Sæcularium Judicium exemerit. III. ipsimet S. Pontifices non negarunt, se Imperatoribus esse subiectos, veluti claret ex cap. nos si 41. II. q. 7. ubi Leo Pontifex, ad Imperatorem scribens, nos, ait, si incompetenter aliquid egimus, & in subditos justa legis tramitis non servavimus, vestro ac Miserrimi Vestrorum cuncta volumus emendare judicio. Item ex cap. 8. 9. plur. seqq. Dist. 10. ubi varii Pontifices fatentur, se Principum Sæcularium Legibus subjacere. IV. ne quidem à Veteribus Conciliis Clerici fuerunt à Jurisdictione Magistratum Sæcularium exempti: Patres etenim, qui Conciliis interfuerunt, veterunt quidem, ne Clerici adirent tribunalia Judicium Sæcularium; sed neque veterant, ut vocati respondeant; neque ut temporales Judices causas Clericorum audiant. Ad cuius roborationem citatur Concilium Carthaginense can. 9. Chalcedonense can. 9. Agathense can. 3. Matilconense can. 8.
- 171 Sed, contra tam paucos, omnes ferè Catholicæ etiam illi, qui ceteroquin exemptioni Clericorum parum addidit videbantur, pugnant, & inter eos post Sotum in 4. sens. Dist. 25. q. 2. art. 2. conclus. 2. eminent Covarruv. tract. 99.
- 172 **26** cap. 31. n. 3. conclus. 3. Ratio fortissima est: tum quia S. Pontifex potest condere Leges, in quantum hoc exigit utilitas & necessitas rectæ gubernationis Ecclesiasticæ: sed utilitas æquè ac necessitas rectæ gubernationis Ecclesiasticæ postulat exemptionem Clericorum à communi subjectione, onere, & obligatione Laicorum, ut eò liberius vacare possint servitio Divino, majorem à Laicis reverentiam & respectum expectare valeant, nec sæcularibus negotiis se immiscere teneantur.
- 173 tum quia S. Pontifex non minorem prerogativam Clericis suis concedere potest, quam concessa fuerit Levitis in Antiquo Testamento, in quo à Laicorum subjectione immunes fuerant ex n. 131. tum quia, si S. Pontifices de factò potuerint causas Ecclesiasticas & Spirituales v. g. electionum, beneficiorum, Matrimonii, & aliorum Sacramentorum ad suum forum privativè trahere, non obstante, quòd Principes Sæculares ad suum eadem forum torquere studuerint, ut patet ex t. i. Inst. & Cod. de Nupt. Divortio & Repud. Nov. 5. 6. 123. & 133. potuerunt similiter ad forum Ecclesiasticum reducere personas Ecclesiasticas; non obstante, quòd Principes Sæculares eas voluerint subijcere Jurisdictioni Sæculari: nec enim minus convenire videtur, ut Personæ Ecclesiasticæ judicent de Personis, quam causis Ecclesiasticis: utpote cum personæ sint, æquè vel magis Spirituales, quam aliæ causæ Ecclesiasticæ ex n. 136.
- 174 Utque luculentius pateat, Clericos statim in primitiva Ecclesia, & à tempore Apostolorum usque ad moderna sæcula Jurisdictioni Ecclesiasticæ fuisse subditos, citatur Canon 73. Apostolorum, ubi sancitum est, ut Episcopus, de aliquo accusatus, ab aliis Episcopis citetur, judicetur, & puniatur. II. citatur Epistola S. Fabiani ad Episcopos Orientales, in qua Sacerdotes, inquit, non temerè accusandi aut reprehendendi sunt, nisi à suis Magistris (intellige Superioribus Ecclesiasticis) quoniam eorum causas Dominus sibi reservare voluit, & suo iudicio vindicari. III. citatur Concilium Nicenum, 177 sub Divo Sylvestro congregatum, ubi prohibitum legitur, ne ullus Clericus ante Judicem vulgum (intellige Sæcularem) causam diceret. Item ibi jubetur, ut singulis annis in eadem provincia convocetur Concilium, quatenus super delictis & culpis subditorum examen haberi possit; quin etiam prohibetur, ne quis Clericus intret in Curiam, seu Judicium Sæculare, propter quamlibet causam. IV. citatur Concilium Chalcedonense, quod cavet, ut, si quis Clericus adversus Clericum habeat negotium, non derelinquat proprium Episcopum; & ad Sæcularia percurrat iudicia. Quibus paria reperiuntur in Concilio Carthaginensi, Antiocheno, & Sardicensi. V. citatur Concilium Agathense, relatum in cap. Clericum 17. XI. q. 1. ubi: Clericum nullus præsumat apud Sæcularem Judicem, Episcopo non permittente, pulsare. Et licet Barclaius cit. cap. 34. respondere non erubescat, Gratianum non sine flagitio hunc textum in Decretum transtulisse: eò quòd in Concilio Agathensi sic constitutum legatur: neque Clericus quemquam præsumat, apud Sæcularem Judicem pulsare: statiosum tamen se probat, 180 quòd Gratianum, virum probum, & (ut scribit Eminentiss. Cardin. Bellarmin. in refutat. cit. cap. 34.) Christianæ perfectionis studiosum criminis falsi insimulare audeat: cum potius credendum sit, habuisse Gratianum ad manus aliam lectionem illius Canonis, quam nos habeamus; nec aliter in Summa Conciliorum, Duaci Anno 1679. edita, quam in

- in Decreto Gratiani Canon ille proferatur.
- 181 **Q**uin etiam, si retineamus verba Concilii, prout ea proponit Barclaius, in verbis sequentibus idipsum asseruit, quod breviter asseruit Gratianus: nempe ut, si Clericus pulsatus fuerit, non respondeat; quod idem est, ac ut Clericus, in iudicium coram Judice Sæculari vocatus, non compareat. Quòd nihil apertius (inquit laudatus Bellarminus) dici potuit; & in eundem sensum recidit, quod est apud Gratianum: nam, si non licet Clerico, respondere in iudicio Sæculari; neque licet Clerico vel Laico, Clericum ad iudicium Sæculare vocare.
- 182 Prætereo nunc alia Concilia & recentiora, Lateranense sub Innocentio III. cap. 43. Constantiense sess. 31. Lateranense sub Leone X. sess. 9. Trident. sess. 25. de Reform. cap. 20. in quibus eadem Immunitas manifestè stabilitur.
- 183 Ad I. argumentum contrarium Resp. imprimis, S. Principem juri tertii quæsito derogare posse, si causa necessitatis aut utilitatis publicæ concurrat ex dictis & doctis in Lib. I. tract. 1. à num. 95. Quòd autem necessitas & utilitas publicæ Clericorum exemptionem efflagitet, liquet ex n. 172. Deinde reponitur, Principium Sæcularium juri per se & propriè per exemptionem Clericalem non præjudicari, sed tantum per accidens & impropriè: quemadmodum non præjudicatur iisdem, quando subditus ad aliud territorium migrat; nec præjudicatur Episcopali Jurisdictioni, quando Presbyterum simplicem, Episcopo subiectum, Papa in Archi Episcopum seu Metropolitanum assumit; nec præjudicatur potestati patriæ, quando filius familias aut Religionem ingreditur, aut ad dignitatem Episcopalem promovetur.
- 185 Ad II. Resp. Clericus primis Ecclesiæ temporibus sub Potestate Principum Ethnicorum fuisse de factò, non de jure: nec enim Principes Ethnici, lumine fidei carentes, agnoscebant in Summo Pontifice Potestatem regendi fideles, & orbi Christiano Leges præscribendi; sicuti nec in Christo Domino Potestatem, istà majorem, agnoscebant: unde, sicuti nihil decessit Potestati Divinæ, quòd à Judæis & infidelibus fuerit contempta; ita nihil decessit Potestati Pontificiæ, quòd ab Ethnicis elusa vel elisa fuerit. Satis est, 186 quòd Ecclesia non desisterit, suam Jurisdictionem in Clericos, quantum poterat, & asserere, & exercere; nec tantum in ipsos iudicium sibi reservaverit ex num. 175. & seqq. sed etiam alios Christianos ab infidelium iudicio voluerit esse remotos, ut manifestum evadit ex epistola D. Pauli 2. ad Corinth. cap. 6. de qua in Lib. I. tract. 5. cap. 2. n. 156. Sanè, si liceat, 187 ab exemplo Principum Gentilium argumentum ducere, sequitur, ne quidem in causis spiritualibus Clericos à Sæculari Potestate liberos esse: nam & spirituales causas ad se trahere, & renitentes Christianos pœnis gravissimis subijcere non verebantur.
- 188 Ad III. Resp. subjectionem D. Leonis non fuisse necessitatis, sed spontaneæ voluntatis; sicuti jam declaratum, & aliorum Principum, Superiorem non recognoscendum, exemplò monstratum est in cit. Lib. & r. cap. 1. n. 181. Leges Civiles quæque non ex obligatione, sed 189 liberò arbitrio receperunt Pontifices, ubi nec Immunitati, nec prerogativæ Clericali sunt adversæ. Exinde tamen non magis subduntur Legislatoribus Civilibus, quam aliæ provincie vel Respublicæ, penitus ab Imperio Romano separata, quæ Leges Romanas, non ex virtute coactiva vel directiva, sed propter singularem earum maturitatem & æquitatem receperunt.
- 190 Ad IV. Resp. ex n. 175. abundè constare, quòd iudicia Sæcularium Judicium contra Clericos ab Ecclesia fuerint interdicta; quòdve Clerici, in tali iudicio comparentes, suam proterviam impunè non ferant, patet ex Concilio Carthaginensi can. 9. & Toletan. can. 13. ubi quoque sententia, à Judice Laico in Clericum pronuntiata, pro nulla declaratur.

for. lib. 1. h. l. q. 2. r. 2. §. 3.

§. IV. v. nos. 7. p. 1. 2. 3.

Quid Principes Sæculares circa Immunitatem Personalem statuerint?

- 191 **B**arclaius in sæpe cit. tract. de Potestate Papa cap. 35. „nescio quò spiritu vel enthusiasmo inflatus, grande, inquit, verbum proloquitur, cuius fortè aut nondum meminit quisquam, aut, si meminit, saltem eos, quorum intererat, id scire, non, ut debuit, commonefecit, Clericos scilicet, per totum orbem, quòcunque ordinè vel gradu sint, non esse adhuc ullò modò exemptos, & liberos à Potestate temporali Principum Sæcularium, in quorum Regnis & Regionibus vitam degunt; sed perinde, ac ceteri cives, iis subiectos esse in omnibus, quæ ad politicam & temporalem administrationem & Jurisdictionem pertinent, inque eos jus vite ac necis, sicut in cæteros subditos, ad ejusmodi Principes pertinere.
- Sed grande verbum Barclaii (loquitur cum 192 Bellarmino in refut. cit. cap. 35.) nihil est aliud, nisi grandis temeritas, & intolerabilis error hominis unius, qui, ut Regibus aduleret, non veretur, opponere se veritati. Si Barclaius legisset Covarruviam, jam supra citatum, in quæst. pract. cap. 31. n. 1. conclus. 3. primò intuitu grandem errorem suum deprehendisset: utpote cum aperè fateatur, quòd Principum Sæcularium constitutionibus Clericis Immunitas fuerit adjuncta, totisque propemodum orbis in eam consenserit. Profectò Christianissimus Imperator Constantinus Magnus, cum accusationem Clericorum audiret, asserere non dubitavit: Vos Diis estis à Vero DEO constituti. Sic, & inter Vos causas vestras discutite: quia dignum non est, ut iudicemus Deos. 193

Textus in *cap. Sacerdotibus 41. XL. q. 1. & cap. continua 5. ead. q. 1.*

- 194 Ut tamen in specie nonnulla tangam, quæ Christiani Principes circa Personalem Immunitatem statuere: quoad operas personales omnimodam Clericis exemptionem indulserunt idem Constantinus, Valentinianus, Valens, & Gratianus *l. i. i. omnis 2. in pr. & §§. seqq. l. presbyteros 6. Cod. de Episc. & Cleric. accedente postmodum, & liberaliter Antecessorum suorum statuta confirmante Friderico Imperatore in Auth. item nulla Cod. d. 1. Quoad exemptionem à foro & Judicio Sæculari non omnimodam omnes Imperatores cognitionem & potestatem à se abdicarunt, nec eam Ecclesiasticis Judicibus privatim permiserunt, sed etiam sub Justiniani Regimine vel sibi, vel Judicibus majoribus, avocationem causæ, provocationem, appellationem, aut recursum aliquem reservarunt, ut perhibet *l. cum Clerici 25. in pr. & §§. seqq. Auth. nullus Episcopus Auth. Clericus Cod. eod.* Verum laudatus Imperator Fridericus propius accessit ad SS. Canones, & sicut omnimodam ab oneribus personalibus, sic etiam absolutam exemptionem à foro Sæculari, tam in civilibus quam criminalibus causis in *Auth. statutus d. 1. stabilivit: statuta in actorem & Judicem Sæcularem poenâ, nimirum ut ille, si Clericum coram Judice Sæculari conveniat, actionem amittat; iste, si Clericum reum vocare vel judicare præsumat, potestate judicandi privetur.**
- 197 Equidem Barclaius in *cit. cap. 35.* post grande verbum, à se prolatum, rursus ingrandescit, & ita disserit: „nec potuerunt Principes, nec adhuc possunt Clericos, in suis Regnis constitutos, eâ libertate donare, ne ipsi potestatem temporali subint; neve delinquentes ab iis judicari, & puniri possint, nisi eadem opera sese Principatu abdicent. Nam proprium est Principis, posse animadvertere in cives, & membra suæ Reipublicæ: sunt autem Clerici, quantum temporalia attinet, civitates & membra Reipublicæ politicæ, cujus caput & Rector est Princeps. Quare Carolus V. Imperator Hermannum Archiepiscopum Coloniensem in jus ad se vocari jussit, ut de criminibus, à Clero & Universitate ei objectis, se purgaret, teste Suriô in *commentar. Anni 1545.*
- 198 Sed inania dicteria! Potest utique Princeps aliquis unum aut plures in suo Principatu liberos & immunes facere, seu à tributis, seu ab aliis oneribus, seu à cognitione judiciali, quin desinat esse Princeps: retinet enim Potestatem & Jurisdictionem quoad ceteros, non exemptos, intactam & illibatam. Poterit ergo Clericos quoad personas exemptas facere, salva cæterorum supremâ Potestate in Laicos, non exemptos.
- 199 Quò d. Carolus V. Archiepiscopum Coloniensem in jus vocaverit, verum est, reponit Bellarminus ad *cit. cap. 35.* sed vocavit, ut Principem Imperii. Eundem enim ad suum

tribunal vocavit Paulus III. Pontifex, ut Archi Episcopum, eodem teste Suriô, in eodem loco, quò postea subdit, Anno 1547. jussu S. Pontificis & Imperatoris Hermannum locum motum fuisse. Quam autem (profertur Bellarminus) fuerit Carolus V. diligens observator Ecclesiasticæ Immunitatis, ex eo potest intelligi, quòd annò Salutis 1520. detectâ atroci conspiratione adversus eundem Carolum, in qua Ecclesiastici nonnulli intermixti erant, Carolus in Laicos animadvertit, Ecclesiasticos Superioribus Ecclesiasticis puniendos remisit.

Porrò cum tractatus Guilielmi Barclaii, quem inscripsit de *Potestate Papa*, permultis in majori sit authoritate & veneratione, quam Corpus Juris Canonici; sitque propterea post 100. annos rursus Anno 1709. impressus, locò tamen, & censurâ omisâ; licebit mihi supplere censuram, non meis, sed alienis verbis; nec ab inimico, sed amico maximo, filio nempe legirimo, Joanne Barclai, lata. Is in præfatione ad librum, quem *parafnesis ad 201. sectarios hujus temporis* vocat, ubi de patre suo, Guilielmo Barclai memoriam facit, hæc scribit: „eximia illi pietas, sincerus animus, & Religionis studio flagrans: quæ bona cum eo consensuere, & nunc spero, vitam quoque meliorem pepererunt. Cæterum inter elati scripta repertus est liber, sed illi imperfectus, de *Summi Pontificis Potestate temporalis in Principes*. Opus hoc posthumum, me tradente, Anglia emisit: cum forte eadem tempestate Rex in illius disceptationis argumentum vehementius incumberet. Cumque mox Illustrissimus Cardinalis Baronius ei refellendo se dedisset, strinxit & ego stylum, arbitratus inhumanum, si Patrem indefensum relinquerem; sed illò opere editò (dicam liberè) pessimè me habuit, placere hæreticis, quidquid hoc erat, & Catholicorum plurimis ægrè esse. Phocion, cum ipsius sententiam populus plausu sanciret, vereri se, dixit, ne quid scelus de Reipublica censuisset. Nisi enim ad errores plausum sequi non solere. Mihi quoque suspectus hæreticorum favor. Nunquam nisi ad Ecclesiæ incommoda erigitur. Quin & in iis scriptis multa adverti, quæ vel tacentibus cunctis ipse damnarem. Quale illud, quòd Respublicas, Ecclesiasticam & Civilem, ita distingui volumus, ut non in unum corpus mixtæ, sed sociæ tantum essent; nec unicam Rempublicam Christianam facerent, in qua illa spiritum referret, hæc corpus. Illud quoque, vim Conciliorum aliquot à me elusam, ut dicerem, parvi faciendi illa suffragia; neque enim liberam fuisse illius voces, sed aut viribus Pontificis ductas, aut earum partium amore cæcatas. Inde quippe fenestram agnoscit, quæ sibi favere hæreses omnes possint, & de suis Judicibus ferre sententiam. Neque paucos disputatio nostra offendit de Exemptione

„Cleric.

„Clericorum. Et verò, exactis diligentibus argumentis, omninò displicuit, in tanta re novam sententiam, à nobis allatam, Clericos à sæcularibus factibus non esse exemptos, cum tot Concilia dicant, usus ostendat, ipsi Principes Regesque fateantur. Nunquam licitum credam, de tanto jure

„ambigere. Sed omnium maximè istò avò, quò ejusmodi semper rixas ad Ecclesiæ perniciem hæretici trahunt. Et hæc strictim annotata, aliquando fufius prosequi, mihi animus, tempore & otio meliore. Neque enim mihi fatis, quæ fusè disserui, hic paucis castigasse.

„S. V. de imm. & gong. dicit.

Possitne Personalis Immunitas adimi vel restringi?

- 202 Proponit hanc quæstionem Barclaius *cap. 33. prop. fin.* sed ibi calculum suum non ponit. Exilimo tamen, resolutionem esse facilem & planam. Nam, etsi non Jure Divino, vel Ecclesiastico, sed Civili tantum Immunitas Personalis fuisse introducta; Principibus Sæcularibus eam infringere vel restringere, nihil scelus non liceret. Covarruv. *pract. qq. cit. cap. 31. n. 4. conclus. 4.* Expresit hoc evidenter magnus Ecclesiasticæ libertatis fautor, Imperator Fridericus in *Auth. Cassa Cod. de SS. Eccles. ubi Cassa & irritas denuntiare. præcepti, statuta & consuetudines contra libertatem Ecclesiæ ejusque personas inducunt adversus Canonicas & Imperiales sanctiones.*
- 204 Neque dicas: par in parem, antecessor in successore, non habet imperium & potestatem: adeoque quod Imperatores Christiani quondam in favorem Personarum Ecclesiasticarum constituerunt, possunt ipsorum successores iterum immutare; præsertim ubi persona memorata per ingratitudinem aut abusum privilegiorum se faciunt indignos.
- 205 Nam contra est: tum quia, perhibente *cit. Covarruvia*, totus propemodum orbis in hanc Immunitatem consensit; idèque sine totius propemodum orbis consensu revocari vel
- 206 cassari nequit: tum quia privilegium exemptionis, si proveniret etiam ex favore Principum, non deberet cenferi merè gratiosum,

sed vel remuneratorium ob amplissima Personarum Ecclesiasticarum merita, in utraque Republica sibi comparata; vel omninò onerosum, ac cum obligatione ministerii spiritualis, pro Reipublicæ incoluntate peragendi, concessum; quod sub liberam Principis revocationem non cadit: tum quia successores in dignitate nequit ea concutere, quæ prædecessor intuitu & nomine dignitatis salubriter & rationabiliter ordinavit; nec quicquam faciente ingratitudine vel abusu: quandoquidem, si nonnulli hac in parte culpabiles forent, eorum culpa vel delictum Ecclesiæ totique communitati Clericali nocere non posset *cap. delictum 76. de R. J. in 6. præfer-*

208 tim ubi ex motivo Religionis & honoris Divini, cujus Clerici speciales sunt Ministri, privilegium Immunitatis nolit indultum: sicut enim, quod Principes DEO liberaliter ex rebus suis donarunt, ob ingratitudinem personarum revocare nequeunt; ita nec jura & privilegia Clericalia, Religionis & honoris Divini intuitu collata.

Concedit tamen ipsamet Ecclesiæ, ut, si 209 tempus inevitabilis necessitatis ingruat, & bellum v.g. urgeat, Clerici ad excubias & operas personales adigantur per textum in *cap. pervenit 2. de Immunit. Eccles.* ubi liberaliter & insigniter Gonzalez *num. 2.* cum nulla sit major pietas, quam patriam defendere per *cap. fortitudo 5. XXXII. q. 3.*

SECTIO III.

De Immunitate Reali.

SUMMARI A.

210. Describitur Immunitas Reali. 211. Est prærogativa. 212. Quæ res & bona. 213. Ecclesiarum & Ecclesiasticorum. 214. & seq. A Communi Laicorum onere. 216. Et subjectione eximuntur. 217. & seq. Aliquot argumenta eorum, qui negant, Immunitatem Realem Divinò Jure statutam esse. 223. & seq. Fundamenta contraria. 222. Eligitur sententia, Immunitatem hæc Juri Divino quoad substantiam attribuens. 223. & seq. Ad argumenta priora respondetur. 241. & seq. Immunitas ista potest etiam statui à Jure Canonico.

243. Bona foundationis aut donationis gaudent Immunitate. 244. Item Bona, prospecta Ecclesiæ acquisita. 245. & seqq. Quin & Bona patrimonialia Clericorum. 248. & seqq. Opposita diluuntur. 252. & seqq. Utrum Immunitas se extendat ad collectas & contributiones, antiquitus impostas? sub distinctione resolvitur. 258. & seqq. Casus necessitatis vel utilitatis communis, quò cessat Immunitas Reali, explanatur. 264. & seqq. Poena excommunicationis, in violatores Immunitatis sancta, declaratur.

§. I. *de immunitate*

Quid sit Immunitas Realis?

- 210 Immunitas Realis est prerogativa, quæ Res & Bona Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, à communi Laicorum onere, & subjectione eximuntur.
- 211 Dixi I. est prerogativa. Ubi proinde, sicut in priori sectione §. 1. non disceptamus, sitne hæc Immunitas privilegium, nec ne? poterit hujus scrupuli enodatio desumi ex §. sequenti.
- 212 Dixi II. quæ Res & Bona. Per Res non solum intelliguntur res sacræ, vel religiose, sed etiam profanæ, atque ad levamen, & solatium Ecclesiarum, ejusque Ministrorum oblatæ, vel acquisitæ, prout in decursu magis patebit.
- 213 Dixi III. Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum. Unde præprimis Ecclesiæ quoad res mobiles, & immobiles, hortos, domos, fundos &c. gaudent Immunitate Reali. Dein eadem Immunitate fruuntur omnes Personæ Ecclesiasticæ, quibus Immunitas Personalis competit. Ranbeck in *Panoplia disp.* 3. cap. 3. per tot.
- 214 Dixi IV. à communi Laicorum onere. Onus, quod rebus imponitur, est duplex, merè reale, & mixtum. Merè reale est, quod imponitur præcisè rebus, nullà habita personæ considera-

tionem, veluti si per Legem statuatur, ut quolibet prædium, vel domus pro collecta annua florenum pendat. Mixtum est, quod imponitur rebus, habitò respectu ad personam, à qua possidentur res; sicut, si Princeps mandet, ut quilibet, qui in bonis habet annuos centum florenos, solvat decem. Ab utroque onere Res Ecclesiasticæ sunt immunes per text. in cap. non minus 4. cap. adversus 7. de Immunit. cap. quia 1. cap. Clericis 3. eodem in 6. cap. Romana 1. cap. quamquam 4. de Censibus in 6. Authentica item nulla &c. Cod. de Episcopis & Clericis.

Dixi V. & subjectione eximuntur. Per subjectionem non tantum intelligitur illa, quæ parit necessitatem in foro Sæculari comparandi (nam etiam in actionibus realibus Clericos exemptos esse à judicio Sæculari, ostensum est in lib. 2. tract. 1. cap. 3. à n. 231.) sed etiam quæ parit obligationem, servandi Leges, & statuta, quibus à Principibus Sæcularibus Res Ecclesiasticæ gravari, vel onerari possunt. Res quæ in 7. cap. Ecclesia 10. de Constit. cap. ult. de Rebus Ecclesiæ non alienandis cap. ult. de Immunit. in 6.

§. II. *de immunitate*

Cujus Juris sit Immunitas Realis?

- 217 Realem Immunitatem Juris Divini non esse, permulti contendunt, etiam qui ceteroquin admittunt, Immunitatem Personalem ad Jus Divinum reduci. Ratio est I. quia Res & Bona Sæcularia ex ipso nomine videntur pertinere ad forum, curam, & Jurisdictionem Sæcularem. II. quia, tametsi Clerici habeant distinctum forum à foro Sæcularium, attamen Res ipsorum foro Sæculari possunt subijci; quemadmodum res illius, qui sortitur alibi domicilium, foro Judicis, in quo sita sunt, subiecta manent. III. quia Jurisdictio, quam Principes Sæculares obtinent in Rebus, antequàm ad Ecclesias, vel Personas Ecclesiasticas transferuntur, nequit 220 illis invidis auferri IV. credibile non est, quod Dominus DEUS voluerit cum tanto Republicæ detrimento Res Clericorum à contributionibus, stauris, & collectis imunes facere: cum successu temporis Republica non haberet media, ad conservationem status publici, & communis tranquillitatis requisita.
- 221 V. quia nec ipsi Ecclesiæ aut Ecclesiasticis Personis expedit, talem habere Immunitatem: quoadquidem Principes Sæculares, si viderent, Bona per translationem ad Ecclesias vel Ecclesiasticos à sua Jurisdictione eximi, translationi non tam facile consentirent. VI. quia naturaliter æquum est, ut, qui sentit commo-

diâ salute vicissim aliquid faciant, vel contribuant.

Immunitatem Realem Divini Juris esse, communis tradunt Canonice, sum supra in n. 130. relati; pro quibus est I. textus opportunus in Lib. Genesis cap. 47. ubi in §. 21. & seq. de Josepho Agypti Pro-Rege dicitur: subjecitque eam (intellige Aegyptum) Pharaoni, & cunctos populos ejus à novissimis terminis Aegypti usque ad extremos terminos ejus, præter terram sacerdotalem, quæ à Rege tradita fuerit eis. Et paulò post in §. 26. subjungitur: ex eo tempore usque in presentem diem in universa terra Aegypti Regibus quinta pars solvitur, & factum est quasi in legem absque terra sacerdotali, quæ libera ab omni conditione fuit. Similis textus II. reperitur in Lib. 1. Esdræ cap. 7. §. 24. ubi Rex Artaxerxes, vobis inquit, notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, & Ministris Domus DEI hujus, ut vestigal, & tributum & annonas non habeatis: potestatem imponendi super eos. III. huc proprie quadrat textus Mathæi cap. 17. §. 25. ubi specialiter à tributis sub nomine filiorum Clerici à Christo fuerant immunes pronuntiati. IV. 226 ex textibus Canonice præcipue stringit cap. quamquam 4. de Censibus in 6. ubi Bonifacius VIII. cum igitur, ait; Ecclesia, Ecclesiasticaque Persona, ac Res ipsarum non solum Jure humano, quin imò & Divino à Sæcularium personarum exactionibus sint immunes. V. huc applicatur illud Tridentini Concilium d. sess. 25. de Ref. cap.

- cap. 20. Immunitatem Ecclesiasticam DEI Ordinatione & Canonice sanctionibus esse constitutam.
- 228 VI. occurrit multiplex ratio: partim quia, si Res à Sæcularibus pro Ecclesiis, & ejus Ministrorum fundatione vel dotatione, sint oblatæ, censetur esse principaliter DEO consecrata; per text. Levit. incipit. ult. §. 28. & in Num. cap. 18. §. 8. & 9. sicque nefas est, illas Jurisdictioni Laicali submittere: partim quia Res sequuntur conditionem personæ per textum in l. in pecudum 28. §. 1. ff. de Usur. & fruct. & ea, quæ Religiosis adherent, Religiosa censentur.
- 230 quia Religiosis 43. ff. de Rei vindicat. partim, quia solutio tributorum fundatur in subjectione personæ, velut patet ex illo ad Rom. 13. subditi estote &c. idè enim & tributa præstatis: partim quia personalis exemptio Clericis parum prodesset, nisi etiam ratione bonorum, quæ possident, exempti forent: utpote cum Jurisdictioni principaliter in personam, & secundario tantum in res exerceatur; ac, si quæ actionem realem moveat, non conveniat rem, aut eam in judicium trahat, sed possessorem; qui proinde citatur, ac, si contumaciter abstitit, immisio in bona punitur juxta l. si quis 2. Cod. ubi in rem actio.
- 232 Hæcque posterior sententia videtur esse solidior, si ut factum de Immunitate Personali, supponat Immunitatem Realem, quoad substantiam, seu in thesi, & in genere consideratam: nam quoad hypothesin, & casus individuales negari non potest, Immunitatem Realem subjacere dispositioni Pontificiæ: eo quod Summus Pontifex pro rerum, & circumstantiarum exigentia nonnunquam Bona Ecclesiastica subjectioni, & contributioni Sæcularium subijciat; sicuti quoad bona feudalia de facto vassalli Clerici generatim subsunt judicio & subjectioni Domini directi Sæcularis per text. in cap. ceterum 5. de Judiciis cap. ex transmissio 6. cap. verum 7. de Foro compet.
- 233 Ad I. argumentum contrarium Resp. quidquid sit de nomine bonorum, ab Ecclesiis vel Clericis possessorum, ea non quidem subiectivè, vel formaliter spiritualia fieri, sed tantum consecutivè & participativè, quatenus sequuntur conditionem personæ possidentis, ejusque privilegia participant: ex qua ratione passim etiam Bona Ecclesiastica nuncupantur.
- 234 Ad II. Resp. Clericos non tantum ad forum aliud, à Sæculari distinctum, pertinere, sed etiam foro Sæculari subijci non posse: cum tamen, qui Laicus, & alicuius fori est, possit alibi, & alii Judici Laico se subijcere.
- 235 Ad III. Resp. Jurisdictionem, quam Principes Sæculares habent in rebus, antequàm ad Ecclesias, vel Personas Ecclesiasticas transferantur, non tam ipsi auferri, quàm supra naturâ definire: censentur namque Bona Ecclesiastica transferri ad aliud territorium, in quo Principi Sæculari nec competit, nec competere potest Jurisdictio. Quodsi Principes Sæculares sint inviti, non sunt prudenter inviti: nam Jurisdictionem in alieno territorio P. SCHMIDT JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

affectare, in quo nulla haberi potest, moraliter non est possibile.

Ad IV. Resp. hanc querelam esse communitatem apud Laicos, quod per exemptionem Bonorum Ecclesiasticorum Reipublicæ subtrahantur media, ad conservationem status & tranquillitatis communis necessaria; quasi verò ab orbe condito ulla unquam Republica fuerit infelix, in qua Bonorum Ecclesiasticorum multitudo & exemptio viguit. A contrario vix ulla Respublica fuit auspiciata, in qua erga Clericos & Ecclesias Domini & Magistratus Sæculares sese inhumanos, avaros, aut austeros exhibuere. Nescitur sæpe, unde proveniant bella, calamitates, morbi &c. Sed historia antiquorum temporum luculenter testatur, ex oppressione Clericorum, & nimia exactione, Bonis Ecclesiasticis imposita, Regnis & Provinciis gravissima non raro mala, quin & excidium esse fecutum.

Ad V. Resp. non requiritur Principum Sæcularium assensum ad hoc, ut Bona transferantur ad Ecclesias, vel Ecclesiasticos: quia, ex quo Ecclesiæ, & Ecclesiastici gaudent libertate Juris Naturalis & Gentium, non possunt Principes Sæculares prohibere, ne cum effectu possint acceptare bona, ex donatione, vel alio titulo, Naturæ & Gentium Jure probatò, sibi delata.

Ad VI. Resp. Personas Ecclesiasticas alium de magno onus sentire, ac pro Republicæ incolumitate in cura animarum, Sacramentorum administratione, nec non aliis ministeriis, & officiis Divinis die noctuque occupari; adeoque etiam singulari favore præ Laicis dignas, nec communi cum ipsis subjectione vel contributione gravandas esse. Audiatur. Lessius de J. & F. cap. 33. n. 30. ubi querelis aliorum respondet, diminutionem ærarum rursus compensari ministeriis Clericorum, per quos Domini terrarum accipiunt fidem Christianam, hauriunt doctrinam salutis, acquirunt remissionem peccatorum, animæ sanitatem, panem cælestem, & vitam æternam.

Quodsi tamen de Jure Divino Bonis Ecclesiasticis Immunitas plenaria necdum fuisset concessa, sine ullo scrupulo mihi persuasum habeo, eandem Immunitatem à solo Pontifice concedi potuisse, ac defecto concessam fuisse. Idque præ cæteris docto Covarruv. præf. qq. d. cap. 31. n. 3. conclus. 3. insinuat textus perspicui in cap. non minus 4. cap. adversus 7. de Immunit. cap. Clericis 3. cap. ult. eod. in 6. & suadet Ratio: tum quia S. Pontifex suis Clericis potest concedere tantam prerogativam, quantum habuerunt Clerici Veteres: tum quia ad Summum Pontificem spectat regimen Ecclesiarum, Personarum Ecclesiasticarum, & Bonorum, eò pertinentium: tum quia S. Pontifex non minus de Bonis Sæcularibus quoad Immunitatem disponere valet, quàm disponere potuit quoad decimas, quas à Bonis Sæcularibus justè postulari, nemo ex Catholicis audebit in dubium trahere: tum quia Principes Sæculares ipsimet hanc Immunitatem, & Pont-

lib. 6. tit. 5. cap. 2. secundo

cap. ult. de Ref.

cap.

& Pontificis in ea Potestatem agnoverunt per cap. ult. de Reb. Eccles. non alienand. præsertim.

Imperator Fridericus in Auth. item nulla Cod. de Episcop. & Cleric.

§. III. *ut notat j. greg. saci*

Quenam Bona Ecclesiastica gaudeant Immunitate a Contributionibus & Collectis?

243 DE Bonis, ad Ecclesias ex fundatione vel dotatione pertinentibus, dubium non est, quin Immunitate à talibus oneribus potiuntur per textum in cap. non minus 4. cap. adversus 7. de Immunit. cap. quia 1. eod. in 6. cap. quamquam 4. de Censib. in 6. Auth. item nulla Cod. de Episcop. & Cleric.

244 De Bonis Clericorum, prospectu Ecclesie vel titulo spirituali acquisitis, rursus apud perosque receptum est, illis Immunitatem Realem suffragari cap. sancitum est 25. XXIII. q. 8. cap. sancitum est 1. de Censib. d. cap. adversus. Clem. un. de Immunit. d. Auth. item nulla.

245 De Bonis verò patrimonialibus, ac titulo profano receptis, ambigitur, utrum Immunitate reali perfruantur? Utriusque sententia fundamenta, suspensò iudiciò, refert Clariss. D. Franz in Quæst. select. quæst. 15.

246 Affirmativæ tamen subscribitur communiter Canonistæ cum Abbate in cap. Ecclesia de Constitut. n. 21. Ranbeck in Panoplia disp. 3. cap. 1. §. 3. n. 6. Pirhing ad tit. de Immunit. num. 59. Gonzalez ad cap. non minus 4. eod. n. 10. Reiffenstuel ibid. n. 248. ob textum mox citatos, Clem. un. d. 1. cap. quidquam 4. de Censib. in 6. ubi singulariter fit mentio de Rebus Clericorum, quas causâ negotiationis non

247 deferunt, aut deferri faciunt. Ratio est: quia contributiones & onera realia rebus iuxta n. 230. imponuntur ex titulo Jurisdictionis, quæ, sicut in Personis Ecclesiasticis deficit, sic etiam in res ipsarum patrimonialibus.

248 Dices I. cum dissentientibus, inter quos est Covarr. Var. resolut. lib. 1. cap. 4. n. 4. in Bonis patrimonialibus Clericorum cessare rationem introductæ Immunitatis Realis: eò quòd neque cultui Divino, neque Clericorum sustentationi deserviant. II. ne quidem Ecclesie talem Immunitatem proficere: utpote cum Bonorum patrimonialium sint absoluti domini; nec in augmentum Religionis cedere: eò quòd in usus profanos liberè converti valeant; nec in utilitatem Reipublicæ tendere: quippe cuius ærarium non parum exhauritur, si tot bona contributionibus & collectis communibus subrahantur.

249 Rationi deserviant. II. ne quidem Ecclesie talem Immunitatem proficere: utpote cum Bonorum patrimonialium sint absoluti domini; nec in augmentum Religionis cedere: eò quòd in usus profanos liberè converti valeant; nec in utilitatem Reipublicæ tendere: quippe cuius ærarium non parum exhauritur, si tot bona contributionibus & collectis communibus subrahantur.

250 Resp. ad I. quòd, licet una ratio Immunitatis introductæ cesset, aliæ tamen inconvulsæ permanent. Unde, quantumvis talia Bona non destinentur cultui Divino vel sustentationi Clericorum: attamen, cum ipsæ Clericis Divino cultui sit destinatas, per consequentiam & necessariam connexionem hæc destinatio prodest etiam Bonis Clericorum patrimonialibus, ad prærogativam exemptionis participandam.

251 Resp. ad II. Immunitatem in patrimonialibus proficere tum Ecclesie, cuius interest, Cle-

ricos nullâ ratione subijci Laicis; tum augmento Religionis, pro cuius splendore facit exaltatio & honoratio Clericorum; nec tamen per hoc nocumentum aliquid inferri Reipublicæ, cui damnium, si quod sentiat ex subtractione talium Bonorum, per opera spiritualia compensatur.

Huic dubio connexum est aliud: an Bona Ecclesiastica libera sint ab oneribus realibus, collectis, steuris, contributionibus &c. non tantum si noviter imponantur, postquam illa Bona jam ad manus Ecclesiasticas fere translata; sed etiam de pensationibus, antiquitùs jam impositis, antequam Bona pervenerint ad Ecclesias vel Ecclesiasticas Personas?

Sententiæ negantis & affirmantis Authores, rationes, & solutiones recenset cit. Clariss. D. Franz d. q. 15. à n. 12. Ego, salvò cuiuscumque rectius sententis iudiciò, distinguendum arbitror inter pensationes & contributiones, quæ rebus in hærent ex præcedenti pacto vel jure proprietatis; & illas, quæ sunt impositæ ex jure Jurisdictionis Sæcularis. Pen-

sationes prioris generis nec Ecclesiasticæ libertati repugnant, nec Ecclesiam Potestati Sæculari faciunt subiectam: idèòque verificatur illa parœmia, rem transire ad Ecclesiam cum imposito onere per cap. ex literis 5. de Pignorib. l. via constituit 23. §. 2. ff. de S. P. R. l. cum fundus 12. ff. Communia præd. Pensationes

255 nes posterioris generis, cum adveniant Immunitati Ecclesiasticæ, ac principaliter imponantur ob subjectionem personæ, ut constat ex illo ad Rom. 13. subditii estote &c. idèò enim & tributa præstatis, non onerant Bona, ad Ecclesiam noviter translata, sed procedit axioma, quòd deveniant ad statum, à quo ducere non possunt initium, & evanescent per l. existimo 98. in fine princ. ff. de l. O. Ranbeck d. disp. 3. cap. 4. n. 26. & n. 30. Pirhing ad cit. tit. n. 58. & seq.

Opponet textum in cap. si tributum 27. XI. 256 q. 1. ibi: si tributum petat Imperator, non negamus; agrî Ecclesie solvunt tributum; & in cap. tributum 22. XXIII. q. 8. ibi: de exterioribus Ecclesie, quod constitutum antiquitus est, pro pace & quiete, quia nos tueri & defensare debent, Imperatoribus persolvendum est.

Resp. textum utrumque explicari posse, quòd loquatur de tributis, quæ vel petuntur à Principibus Ethnicis; vel etiam à Christianis ex titulo supremæ Advocatiæ, propter quam antiquitus non tantum Supremis Principibus sed etiam inferioribus Magnatibus annuus quidam census præstari consuevit per textum in cap. præterea 23. de Jure Patron.

§. IV.

§. IV. *ut notat j. greg. saci*

In quibus casibus Immunitas Realis cesset?

258 Immunitas Realis quoad collectas & contributiones potissimum cessat in casu necessitatis publicæ & communis utilitatis juxta cap. non minus 4. & cap. adversus 7. de Immunit. Eccles. Ubi tamen

259 Notandum I. necessitatem aut utilitatem debere Clericis æquè ac Laicis esse communem; qualis est, si hostilis exercitus, vel turba prædonum invadat territorium aut provinciam; si invalescant & insurgant hæretici; si pons aut fons communis sit reficiendus aut restaurandus; si bellum contra hostes patriæ

260 gerendum &c. Sin autem necessitas vel utilitas principaliter concernat Laicos, & secundario tantum ac per consequentiam redundet in Clericos, veluti si propter adventum Principis, Nativitatem filii Principis, aut dotationem filie indicatur collecta, Clerici non tenentur contribuere: quia, quos ratio communis contributionis principaliter non tangit, onus etiam tangere non debet.

261 Notandum II. præter necessitatem aut utilitatem communem copulative requiri, ut Laicorum facultates (deductis illis, quæ pertinent ad ipsorum & familiæ honestam sustentationem) Reipublicæ sublevandæ non sufficiant per expressam decisionem Concilii Lateranensis in cit. cap. non minus & cap. adversus:

habent siquidem & Clerici, præter onera spiritualia, speciales contributiones, Superioribus Ecclesiasticis solvendas; consequenter Laicis in collectis, quæ ipsi sunt propria, non succurrunt, nisi viribus destituantur.

262 Notandum III. subsidium Clericale non posse autoritatè Sæculari à Personis Ecclesiasticis extorqueri, sed autoritatè Pontificiam in cit. textibus præcisè requiriri, quantum constare possit, necessitatem esse tantam, ut absque Clericorum auxilio nequeat averti d. cap. adversus; nisi forsitan necessitas esset manifesta, tamque præceps & urgens, ut recursum ad Sedem Apostolicam non permitteret: tunc enim sufficeret consensus Episcopi & Cleri per cit. cap. non minus; quem consensum etiam in aliis casibus, præter consensum Pontificis, desiderari, tradunt DD. mox citandi; sic tamen, ut non conveniant, quin sub nomine Cleri veniant, an solum Capitulum Cathedralis, cui videtur favere consuetudo; vel etiam inferiorum Ecclesiarum Prælati & Rectores, quibus Jus & ratio videtur assistere? Consulatur Ranbeck in Panoplia disp. 3. cap. 5. Engel ad tit. de Immunit. n. 27. Pirhing ib. n. 72. König ib. n. 26. Wiestner n. 201. Reiffenstuel à n. 255. Schmalzgrueber n. 43. & seqq.

§. V. *ut notat j. greg. saci*

Quenam Pœne sint in Violatores Immunitatis Realis aut Personalis constitutæ?

264 Inter pœnas, in Violatores Immunitatis Realis aut Personalis constitutas, præcipuè dispoitionis est excommunicatio late sententia, quam incurrit I. qui collectas & exactiones illicitas faciunt, ac commoniti non

265 desistunt d. cap. non minus 4. de Immunit. II. qui talibus exactoribus in officio succedunt, & intra mensem, eum possunt, non satisfaciunt

266 d. cap. III. qui sunt de numero Personarum Ecclesiasticarum, & ejusmodi contributiones præstant cap. Clerici 3. de Immunit. in 6. sic tamen, ut, si sponte non solvant, per Extr-

vag. un. eod. tit. inter commun. excusentur. IV. qui prohibent suis subditis, ne Personis Ecclesiasticis quidquam vendant aut emanent ab eis cap. ult. d. 1. in 6. & si hoc attentent per legem aut statutum, excommunicatio S. Pontifici in Bulla Cœnæ can. 15. est reservata.

268 De his & aliis casibus, in quibus Violatores Immunitatis Ecclesiasticæ puniuntur excommunicatione, plura licet legere in d. Bulla Cœnæ. Ranbeck in Panoplia disp. 5. cap. 4. per tot. Reiffenstuel ad tit. de Immunit. à n. 276.

